

5 *SO.* abī nunciam intro atque illa si iam laverit mihi nuntia.
hic ego virum interea opperibor. *SY.* te volt : videas quid
velit.

nescioquid tristis est : non temerest : timeo quid sit. *CH.* 620
quid siet ?

nē ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.

SO. ehēm mi vir. *CH.* ehēm mea uxor. *SO.* te ipsum
quaero. *CH.* loquere quid velis.

10 *SO.* primum hoc te oro, nequid credas me advorsum edi-
ctum tuom

facere esse ausam. *CH.* vin me istuc tibi, ětsi incredibilest,
credere ?

credo. *SY.* nescioquid peccati portat haec purgatio. 625

SO. meministin me ess(e) gravidam et mihi te maxumo
opere edicere,

si puellam parerem, nolle tolli? *CH.* sciō quid feceris :

15 sustulisti. *SY.* sic est factum : dom(i)na ego, eru' damno
auctus est.

SO. minime ; sed erat hic Corinthia anus haud impura :
ēi dedi

exponendam. *CH.* o Iuppiter, tantam esse in animo in- 630
scitiam !

SO. perii : quid ego feci ? *CH.* rogitas ? *SO.* si peccavi,
mi Chreme,

insciens feci. *CH.* id equidem ego, si tu neges, certo scio,
20 te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia :

